

Band VI., Nr. NF, Seite 501-502

Bischof Reinhard von Würzburg beurkundet, dass der Freie Albert von Hohenlohe behufs der von Kaiser Friederich (I.) geplanten Errichtung einer Kirche und eines Spitals für Fremde und Arme in Reichardsroth die Trennung dieses Filials von der Mutterkirche zu Steinach bewirkt und letztere dafür mit 2 Mansen zu Adolzhausen entschädigt habe.

Ohne Ortsangabe, 1182.

In nomine sancte et individue trinitatis. Reichardus^a, dei gratia Wirzburgensis ecclesie episcopus, omnibus in Christo viventibus. Quoniam gratuita pietatis solite clementia celestis paterfamilias nullis precedentibus meritis nos in dispensatorum suorum sorte voluit numerari, pro posse nostro et nosse ipsi regratiare^b iustis postulationibus quorumlibet nobis commissorum favorem nostre benevolentie tenemur accommodare, ut in his, que spectant ad perfectum ecclesiarum, tum pro mercede retributionis eterne tum pro debito cure pastoralis studeamus subservire. Ea propter tam futurorum quam presentium fidelium successioni notum fieri volumus, quod Albertus de Hohenloch, libere conditionis homo, investitor cuiusdam parochie erat in Steinach, in cuius terminis erat locus qui Reicherteroden dicitur, ubi ob frequentiam viatorum dominus imperator ecclesiam et hospitale ad receptaculum peregrinorum et pauperum statuere decernens cum prefato Alberto convenit, ut ecclesia in prefato loco constructa a iure matricis ecclesie eximeretur cum omnibus ibidem servientibus, quibus et quicquid sive in ortis sive in animalibus accresceret, nullam inde decimam cuiquam persolverent, si quid vero in agris forte conquirent, decimas inde persolverent, coloni vero iuxta eandem ecclesiam habitantes matrici ecclesie in omni parte obedirent, quod ita nostra concessione et parochiani matricis ecclesie obtentum est. Prefatus autem Albertus, ut parochia indemnis permaneret, duos mansos in Otolveshusen in restaurationem prefati loci matrici ecclesie delegavit. Huius rei geste testimoniales litteras sibi cum sigillo nostro bullatas postulavit et obtinuit; quas quicumque temerare aut infringere presumpserit, excommunicationis vinculo innodatus reum se divino iudicio sciat et, nisi resipiscat, cum diabolo in

^aSo bei Wibel und auch bei Hanselmann, während es *Reinhardus* heißen sollte (Bischof Reinhard reg. 1171–1184).

^bHinter diesem Wort fehlt eine Konjunktion *et* o.ä., wenn es nicht statt *regratiare* etwa *regratiando* heißen sollte. KARL WELLER (HRSG.): Hohenlohisches Urkundenbuch, im Auftrag des Gesamthauses der Fürsten zu Hohenlohe, 3 Bde., Stuttgart 1899-1912, Bd. 1, S. 9, ergänzt hinter *regratiare*: *nitentes*.

II

extremo examine perpetuo cruciandum condemnari. Huius rei testes sunt: Werolfus abbas Brunebacensis, Godfridus maioris ecclesie in Wirzburg canonicus et scolasticus, Otthericus eiusdem ecclesie canonicus et prepositus in Houge, laici: Conradus de Bokkesberg, Conradus de Wickartesheim et frater suus Henricus de Hohenloch, Conradus pincerna de Schippe, Conradus dapifer de Rotenburg et alii quam plures.

Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis M^o C^o. LXXXII., regnante domino Friderico imperatore serenissimo, anno regni eius XXX., anno pontificatus nostri XII.

—

Nach Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 2, Codex Diplomaticus, S. 33, Nr. 18.

Überlieferung und Publikationen

Editionen:

JOHANN CHRISTIAN WIBEL: Hohenlohische Kyrchen- und Reformations-Historie: aus bewährten Urkunden und Schriften verfasst, und nebst einem Vorbericht von der Graffschaft Hohenlohe überhaupt, 4 Bde., Ansbach 1752-55, Bd. 2, Codex Diplomaticus, S. 33, Nr. 18. Hanselmann: Diplomatischer Beweis, Bd. 1, S. 371, Nr. 9 (nach einer beglaubigten Abschrift im fürstlich hohenlohischen Archive zu Öhringen.)
 KARL WELLER (HRSG.): Hohenlohisches Urkundenbuch, im Auftrag des Gesamthauses der Fürsten zu Hohenlohe, 3 Bde., Stuttgart 1899-1912, Bd. 1, S. 9.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Adolzhausen Wohnplatz (3822)
 Adolzhausen, Niederstetten, TBB
 Boxberg Wohnplatz (3669)
 Boxberg, TBB
 Bronnbach Wohnplatz (3918)
 Bronnbach, Wertheim, TBB
 Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W
 Langensteinach, Uffenheim, NEA
 Oberschüpf Wohnplatz (3684)
 Oberschüpf, Boxberg, TBB
 Reichardsroth, Ohrenbach, AN
 Rothenburg ob der Tauber, AN
 Weikersheim Wohnplatz (3887)
 Weikersheim, TBB

Würzburg, WÜ